

# SUPPLEMENTUM CONCILII ROMANI

## Habiti Anno Christi 863.

## C A P. VI.

*De Johanne Archiepiscopo Ravennate.*

**J**ohannem Archiepiscopum Ravennatem, quem pro quibusdam necessitatibus Ecclesiasticis, & diversis presumtionibus ad Synodum convocavimus; & quia à Nandeciso (1) Polensi Episcopo, nostro Præfusatui contra eum libello porrecto, pessimo herefes errore irretitus dicitur, & viva voce profertur, venire distulit atque contempsit, & pro illato crimine purificare se noluit: secundum fandonem XIX. Capituli Chartaginensis Concilii, Sacramentum sollempni, Corpore etiam & Sanguine Domini nostri Iesu Christi separamus, atque in praesenti Synodo excommunicamus, usque dum in nostra praesentia, veniens hic Romæ purificationis ipsius videamus integratitatem. Si qui verò illi communicare præsumferint, pari subjaceant excommunicatione constricti.

## C A P. VII.

*Quia Dominus Jesus Christus carne tantummodo passus est.*

**V**eraciter quidem credendum est, & omnino profitendum, quia Dominus Noster Jesus Christus Deus & Iei Filius passionem Crucis tantummodo secundum carnem sustinuit, Deitate autem impensis manit, ut Apostolica docet auctoritas, & Sanctorum Patrum luculentissime doctrina ostendit.

## C A P. VIII.

*De his, qui Divinitatem passibilem dicunt.*

**H**i autem, qui ajunt, quia Redemptor noster Jesus Christus & Dei Filius passionem Crucis secundum Deitatem sustinuit, quoniam impium est, & Catholicis mentibus execrabile, anathema fint.

(1) Ignotus fuit Episcopus iste Ughellio, ac proinde in Italia sacra adjungendus Catalogo Polen- fium Episcoporum.

(2) Cujus Concilium ab Holstenio editum rursus in suam Collectionem intulit Labbeus Tom. IV.

(3) Ad quos eo tempore spectaret electio Romani Pontificis, animadverte.

(4) Gratianus c. 28. dist. 33. Decretum Stephani Quarti Papæ, quem alii Quintulum appellant, refert, ubi statuitur, quae ratio adhibenda in posterum foret in electione Romani Pontificis. At qui Baronius, Birnus, Papebrochius, Natalis Alexander, alijque Catholicæ, figuramentum hoc & imposturam putarunt hominem impense faventium auctoritati Imperatorum, quo tempore fervebant bella inter Sacerdotium & Imperium. Contra Pagius in Critic. Baronian. ad ann. 897. germanum foetum esse Decretum illud contendit, non quidem Stephani IV. qui anno 817. vivere desit, sed Stephani V. vulgo appellati VI.

## A

## C A P. IX.

*De his, qui dicunt, quia in Baptismate originale piaculum non omnibus dimittatur.*

**O**mibus enim, qui dicunt, quod hi, qui sacrofonte Baptismatis, credentes in Patrem, & Filium, Sanctumque Spiritum, renascuntur, non æqualiter originali abluantur delicto, anathema sit.

## C A P. X.

*Statuta Concilii Beatisimi Leonis IV. Papæ inviolata permaneant.*

## B

**O**mnis enim, qui à præsenti statuto Concilio sacra statuta venerandi Concilii Beatisimi Leonis (2) prædecessoris nostri IV. Præsulis violare tentaverit, ut post discessum beatæ memorie Sanctissimi Benedicti Pontificis antecessoris nostri actum recolimus, anathematis vinculo innodamus.

## C A P. XI.

*Ut electionem Romani Pontificis nullus contradicere præsumat.*

## C

**S**i quis Sacerdotibus (3), seu Primatibus, Nobilibus, seu cuncto Clero hujus Sanctæ Romanae Ecclesie electionem Romani Pontificis contradicere præsumferit, sicut in Concilio Beatisimi Stephani (4) Papæ statutum est, anathema fit.

## C A P. XII.

*De his, qui Episcopum percutere præsumferint.*

**D**e his autem, qui Episcopum percutere, verberare, aut cædere præsumferint, ut anathematis subjaceant periculo, fancimus, & inviolabili promulgatione statuimus.

## D

qui anno 896. Papa electus est. Verum Acta Concilii Romani nunc mihi evulganda famam hujusmodi controversiam dirimere posse videntur. En ut Nicolaus I. de Electione Romani Pontificis agens, ac turbas in ea exercitari solitas eliminare cupiens, confirmat, & obseruantur decernit, quidquid in Concilio Beatisimi Stephani Papæ statutum est. Ergo Decretum Stephani prœcul dubio Quarti eam in rem præcesserat. Hoc autem vix aliud esse potuerit, quam quod Gratiano laudatur; cui tamen si velis aliquid superaddidum a subsequitis Pontificibus, non repugnabo. In Concilio quoque Romano habito sub Lamberto Imperatore, atque adeo non anno 944. ut putavit Baronius, & post eum Labbeus Tom. IX. pag. 502. Collect. Concilior. sed quidem anno 898. roboretur antiqua consuetudo observata in electione Pontificis. Si antiqua tunc erat consuetudo, ergo ad tempora úque Stephani IV. Papæ illius initia non in errore deducantur.

## E

*Explicit Concilium Beatisimi Nicolai Papæ.*